

asserunt (a)) Vicentinus olim Episcopus mox S. R. E. Presbyter Cardinalis Tituli SS. Duodecim Apostolorum, & Mediolanensis Archiepiscopus Sessione XIX. Concilii Pisani die 26. Junii 1409. a Cardinalibus Conclavi inclusis Pontifex factus est, sub Alexandri V. nomine, qui die 7. sequentis Julii coronatus est. Pontificali munere functus Menses X. dies VIII. (b) temporibus Roberti Regis Romanorum, & Emmanuelis II. in Oriente Imperatoris obiit Bononiæ die 4. Maji 1410. & sepultus est in Ecclesia Fratrum Minorum. A die obitus Alexandri ad Joannis XXIII. electionem fluxerunt dies XIV. (c).

UNICA CONSTITUTIO.

Contra se ingerentes, vel regimen, & administrationem Ecclesiarum, Monasteriorum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum quomodolibet exercentes Literis Apostolicis sua Provisionis minime expeditis.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad Futuram rei memoriam.

EX injuncto Nobis desuper onere ministerii pastoralis ad illa libenter intendimus, per que animarum periculis, Ecclesiarum & Monasteriorum dispendiis obviatur.

§. 1. Sane ad audientiam nostram fide dignorum nuper relatione perducto, nonnullos ad Patriarchales, Metropolitanas, Episcopales, Abbatiales, & alias dignitates spirituales tam Regulares, quam Seculares promotos, seu de quibus per Nos, aut auctoritate nostra predictis Ecclesiis, Monasteriis, sive Prioratibus Conventualibus hactenus quomodolibet provisum fuit, in expeditione Literarum Apostolicarum super provisionibus sibi factis negligentes in grave hujusmodi prejudicium, dispendium, & gravamen existere, quosdam vero ex predictis, quod deterius arbitramur, absque hujusmodi Literis ea ductos cupidine, ac in sua salutis interitum, ad Ecclesias, Monasteria, & Prioratus eis collata præter, & contra stylium, & morem Romanæ Curie hactenus laudabiliter observatos, ac etiam contra prohibitionem se. re. Bonifacii PP. VIII.

(a) Ghirardacius Hist. Bononiens. lib. XXVIII.
(b) Ab electione die computandos.
(c) Inclusis extremis.

Ex Regest. Vatic.

Exordium.

Causa sciendæ Constitutionis.

Predecessoris nostri, que incipit *Inimica* accedere præsumpsisse, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, & Prioratum hujusmodi Regimini, gubernationi, & administrationi se etiam ingessisse, ac immiscuisse, & ingerere, ac se immiscere damnabiliter etiam de præfenti.

§. 2. Nos cupientes hujusmodi damnis instantibus, & futuris remedium adhibere, præmissis, & nonnullis aliis rationabilibus causis ad hoc nostrum moventibus animum, ac de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio auctoritate apostolica, & ex certa scientia præfenti constitutione statuimus, atque decernimus, quod omnes, & singuli Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Electi, Administratores, & Commendatarii, Abbates, & Priores hujusmodi, de quibus per nos, aut auctoritate nostra hactenus alicui Patriarchali, Metropolitanæ, vel Episcopali Ecclesiis, aut Monasteriis, seu Prioratibus Conventualibus etiam in administrationem, vel commendam provisum extitisset, & eorum literas usque ad totalem expeditionem ac receptionem earumdem literarum inclusive expediti hactenus non fecissent, sub pena privationis Ecclesiarum, Monasteriorum, & Prioratum hujusmodi, & omnis juris eis ex provisionibus prædictis quomodolibet acquisiti, quam quemlibet negligentem incurrere volumus eo ipso, & quæ Ecclesias, Monasteria, ac Prioratus negligentem præmissa ad effectum perducere ex nunc prout ex tunc præfata auctoritate vacare, & Apostolicæ Sedis dispositioni specialiter reservata declaramus, & decernimus, teneantur, & debeant literas hujusmodi super provisionibus ipsis per se vel alios usque ad præfata earumdem totalem expeditionem, ac receptionem, ut præmittitur inclusive expediti, fecisse infra annum a data hujusmodi Provisionis factæ continuæ computandum. Illi vero, de quibus provideri contigerit quomodolibet in futurum Ecclesiis, Monasteriis, aut Prioratibus hujusmodi seu alicui eorum eadem pena simili, & quam, ut præfertur, incurrant etiam infra annum a die provisionis faciendæ continue computandum, similiter teneantur & debeant literas ipsas usque ad prædictam totalem expeditionem, & receptionem inclusive expediti fecisse: & interim sub eadem pena per se vel alios absque literis provisionum in forma de regimine, gubernatione, seu administratione, vel quasi Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratum prædictorum, vel alicujus eorum, sive bonorum eorundem in Spiritualibus, vel temporalibus nullatenus se ingerere vel aliter immiscere, aut super hiis, vel eorum aliquo seu dependentibus, vel connexis jurisdictionem aliquam quomodolibet exercere præsumant.

§. 3. Cæteris quoque penis contra prædictos a Jure, vel ab Homine etiam ratione negligentia muneris, consecrationis non susceptæ statutis, aut inflictis, & aliis in suo robore permanentibus.

§. 4. Irritum & inane censentes ex nunc, si secus vel aliter super hiis a quoquam, &

Constitutio de qua in rubrica.

Penæ contra inobedientes.

Rescripto fecerunt actorem.

quavis auctoritate scienter, vel ignoranter imposterum contigerit quomodolibet attentari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, decreti, declarationis, reservationis, & constitutionis infringere &c.

Datum Bononiæ quarto Nonas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Primo.

JOANNES XXIII.

PAPA CCVII.

ANNO DOM. MCCCXX.



POST Alexandri V. mortem Cardinales, qui Bononiæ cum eo erant Conclave ingressi die 17. Maji 1410. in Pontificem elegerunt Balthasarem Cosam, patria Neapolitanum, Diaconum Cardinalem S. Eustachii, qui Joannis XXIII. nomine sumpto solemniter consecratur, & coronatur die 25. mensis ejusdem. Perlatam depositio nis suæ in Concilii Constantiensis Sessione XII. habita die 29. Maji 1415. sententiam ipsamet comprobavit, quinquennio postquam Papa electus fuerat.

Martinus V. Balthasarem respicentem, humique provolutum S. R. E. Cardinalium Decanum, & Portuensæ Episcopum esse voluit, die 23. Junii anno 1419. Ille vero sex post menses Florentiæ, Papæ Curiam sequens, mortuus est, & sepultus in Baptisterio S. Joannis.

I. Declaratio penarum contra dantes aliquid vel promittentes, aut recipientes pro obtinenda gratia, vel justitia apud Sedem Apostolicam.

Ex Regest. in Archiv. Vatic.

Non dissimilia statuit Bonifacius VIII. anno 1295. Constit. II. pag. 76.

Joannes Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. CUM ex debito Pastoralis Officii Nobis quanquam immeritis suæ perna dispositione commissi periculis animarum, quantum cum Deo possumus, & ut cæca cupiditas ac infatigabilis ardor habendi formidine per ab illicitis arceantur, de salutari providere remedio reddamur obnoxii, & ad audientiam nostram fuerit fide dignorum relatione perductum, nonnullos tam Curiales Curiamque Romanam sequentes, quam alios post assumptionem nostram ad apicem summi Apostolatus multa tam gratiam, quam Justitiam, concernentia, & in Beneficiis vacantibus, ac vacaturis, & in data etiam circa Rotulos, ac in dispendiis, & absolutionibus, & aliis spiritualibus negotiis, seu Causis obtinuisse retrorsis temporibus per simoniacam pravitatem, considerantesque, quod talia vergunt in dispendium animarum tam dantium, & recipientium, quam mediatorum, & procurantium illa fieri, & in denigrationem nominis Romanæ Curie, & sollicitantium actus hujusmodi detestabiles, & infandos.

Mala ex illicitis passionibus provenientia narrat.

§. 2. Nos igitur, quorum interest talibus detestandis criminibus obviare, & volentes, ut quos Dei timor a malo non revocat, saltem rigor ecclesiasticæ disciplinæ compescat, de Fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica præfenti Constitutione perpetuo valitura decernimus, statuimus, & etiam declaramus, quascunque gratias per quoscunque, & in quibusvis causis, seu negotiis gratiam, seu Justitiam concernentibus factas, & quæ imposterum fierent, in quibus intervenit, sive interveniet in futurum simoniaca pravitas, illicita pactio, seu etiam corruptela, & omnia, & singula inde secuta, & quæ sequerentur imposterum, necnon descriptiones quorumcunque facta, ac etiam faciendæ in Rotulis expectatarum, vel aliarum gratiarum, Cardinalium prædictorum Regum, Prælatorum, Ducum, Principum, & aliorum Dominorum contra, seu præter

Gratias quascunque prævia qualibet pactioe factas sciat.

voluntatem illorum, pro quorum parte Rotuli sunt descripti, seu describendi de cetero, & etiam presentati, ac presentandi, fuisse, & esse nullas, ac nullius efficaciae, roboris vel momenti, & nullum Jus potuisse, vel posse propterea, vel ob id in iudicio, seu extra alicui quomodolibet resultare.

Illas qui inierint, penam a Canonibus, & Constitutibus Apostolicis incurrere declaratur.

Insuper anathemate ferit, a qua non nisi in mortis articulo, alioque hic expressis periculis conditionibus absolvi vult.

Penas adiectas temporales.

Clausula.

Dat. die 1. Junii 1411. An. II.

§. 3. Et nihilominus tales dantes, pacificos, vel promittentes, simoniace recipientes, Proxenas, mediatores, seu tractatores, cujuscunque status, gradus, habitus, seu conditionis existant, incidisse in penas, & sententias a sacris Canonibus, & nostris Praedecessoribus Romanis Pontificibus haecenus contra simoniacos editas, & institutas.

§. 4. Si quis autem in futurum contra prohibitionem, & constitutionem nostram hujusmodi, cujuscunque status, gradus, seu conditionis fuerit, ut praesertim, aliquid dederit, promiserit, pactus fuerit, vel receperit, seu tractaverit pro praedictis, vel aliquo ipsorum, quod pensata qualitate dantis, ac recipientis, & quantitate promissi vel donati simoniacam pravitatem sapiat, excommunicationis, & anathematis sententia eo ipso percussatur, a quibus nullus absolutionis beneficium ab alio, quam a Romano Pontifice, nisi dumtaxat in mortis articulo, nec ad absolutionis hujusmodi beneficium, nisi prius tantumdem ejus, quod dederit, vel receperit, aut ejus quod dederit, vel receperit, aut ejus dignam estimationem miserabilibus, aut infirmis pauperibus integraliter largiatur, seu restituat, ullatenus admittatur, nisi forte ad hanc restitutionem sit penitus impotens, quo casu facta compensatione alterius boni operis possit absolvi. Ita tamen quod si ad fortunam pinguiorem pervenerit, restitutionem ipsam faciat dicto modo.

§. 5. Laicales quoque personae etiam cujuscunque status, gradus, seu conditionis fuerint, quae praemissa, vel eorum aliqua contempserint, seu neglexerint observare, eo ipso simili sententia innoventur. Et nihilominus eas omnibus honoribus, dignitatibus, Privilegiis, exemptionibus, & gratiis, nec non feudis, & retrofeudis, & bonis aliis, quae a Romana, vel aliis Ecclesiis, Monasteriis, aut singularibus Personis Ecclesiasticis, etiam in quibusvis dignitatibus constitutis quomodolibet obtinuerint, privamus, & privatas declaramus, atque decernimus eo ipso: ipsaque Feuda, & alia bona ad concedentes esse protinus devoluta, ac illas inhabilitamus ad similia & alia in posterum obtinenda. Et praemissa trahi, extendique volumus ad praeterita post assumptionem hujusmodi presentia, & futura.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum Constitutionis, declarationis, & privationis infringere &c.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Kalendis Junii, Pontificatus nostri Anno Secundo.

II. Erectio Cathedralis Ecclesiae Leopoliensis in partibus Russiae cum privilegiorum concessione.

Joannes Episcopus Servus Servorum Dei, Ad perpetuum rei memoriam.

IN eminenti specula militantis Ecclesiae Romanae Pontifex beati Petri caelestis Clavigeri Successor, ac in terris ab eo, qui Celum terrarum regit solus, habet super universam creaturam plenitudinem potestatis, ex trono suae ineffabilis potentiae super universas Orbis Ecclesias, terraque latitudinem praecipuum facultatis obtinens principatum, pervigilans more Pastoris suae providentiae oculis universum Orbem Terrarum, ac Nationum in illo degentium qualitates paterna consideratione discutit, ac examinans diligenter, ex instructo sibi de super pastoralis officii onere singulorum salutem appetens, & exquirens superna fulcra potentia diversis diversa pro mudanorum eventuum casibus, ac pro meritis praemia distribuens quosdam exaltat & sublevat, & ad alta rerum fastigia magnitudine dignitatis attollit, & tanquam dispensator munificus donis specialibus ac electivis muneribus erga devotos filios suum aperit apostolice largitatis: praesertim erga loca, illa, in quibus in agro irriguo Ecclesiae sanctae Dei novellae plantationis in odorem suavitatis fructus in ubertate succedit, & quae fidelis ex nova plantatione hujusmodi & celesis incolit populus: in hiis praecipue, quae exaltationem Catholicae fidei, ac etiam Ecclesiarum incrementa respicere dignoscuntur, ut si & quemadmodum ipsarum Ecclesiarum necessitas exigat, catholici Populi profectus exoptat, requirat animarum salus, & accedat commoditas Populorum, ac locus alias populositatis, ac reliquis ad humanae vitae commodum necessariis celesis ac insignis, ubi sedes Episcopalis aut Metropolitana non consuevit existere, videatur merito illustrandus decore praecipuo Ecclesiarum in illo statum immutet, ac illis per erectionis, ac translationis ministerium titulum adaugeat sublimioris excellentiae, atque gradus honoris tituli pariter, & decoris ut per harum distributionem providam partes sibi credita sollicitudinis, prout in Altissimo conspiciat expedire, salubriter exequatur.

§. 1. Cum itaque nuper pro parte carissimi in Christo Filii nostri Vladislai Regis Poloniae Illustris, ac Domini Russiae nobis expositum fuerit, & summa cum instantia supplicatum, ut pro defensione fidei orthodoxae, ac etiam incremento, fideliumque salute ac reductione ad ovile dominicum infidelium, & oberrantium Populorum oppidum Lamburiga alias Lywoven, seu Leopole vulgariter nuncupatum in Partibus Russiae Kalitien. Diocesis in Civitatem, & Parochialem Ecclesiam Sanctae Mariae in dicto oppido situatam in Cathedrali, & Metropolitanam Ecclesiam erigere, & Civitatis ac

Ex Regest. ecc. dem.

Procurium.

Quibus de causis nove erigenda sunt Ecclesia.

Petente itaque Vladislao Poloniae Regis.

Metropoliticae dignitatum titulis decoraremus, ac Kalitien. Metropolitan. ad Leopoliensem. Ecclesiam & Locum, utpote celebriorem, ac insigniorem, & cunctis opportunitatibus & populi magnitudine, atque frequentia potiorum transferre de benignitate Apostolica dignaremur.

Archiepiscopatum Leopoliensem erigit.

Ad illum transferre Kalitien. Ecclesiam Metropolitanam jus.

Archiepiscopis caetera Metropolitanorum Privilegia concedit.

Suffraganeos designat Ecclesias.

§. 2. Nos igitur attendentes maximum praemissis profectum Catholicae fidei emerfurum, ac paterna illis benignitate, ac maturitate discussis, suadentibus nonnullis aliis rationabilibus causis ad id nostrum induentibus animum, ac praesertim Regis in hac parte supplicationibus inclinatis, maturam venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus super hoc deliberatione praehabita, ac de eorumdem consilio & assensu, & de Apostolica potestatis plenitudine, ac ex certa scientia, ad honorem Omnipotentis Dei Patris, & Filii & Spiritus Sancti, beatae semperque Virginis Mariae, sub cuius vocabulo praefata Leopoliensis. Ecclesia fundata fore dignoscitur, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, totiusque Celesis Curiae laudem, gloriam, & exaltationem, status nostri, & Ecclesiae Sanctae Dei, divini cultus augmentum, fideliumque salutem, praefatum oppidum Lamburiga alias Leopoliensem seu Lywoven, vulgariter nuncupatum, in Civitatem Leopoliensem, ac praefatam Parochialem Ecclesiam B. Mariae in Cathedrali, atque Metropolitanam auctoritate Apostolica praesentium tenore erigimus: ac ipsum oppidum Leopoliensem. Civitatis, ac ipsam Ecclesiam B. Mariae Metropolitanam dignitatis, honoris, & decoris titulo de specialis dono gratiae decoramus, ac etiam insignimus & ipsam Leopoliensem. Ecclesiam in memoriam indelebilem eorum, quae in hac parte geruntur, Metropolitanam perpetuis futuris temporibus volumus nuncupari.

§. 3. Ac praefatam Kalitien. Ecclesiam, sedemque Metropolitanam cum electo ipsius, cui nuper est de ipsa Kalitien. Ecclesia per nos gratiose provisum, prout in aliis nostris desuper concessis literis plenius continetur, ad sedem Leopoliensem, atque Metropolim supradictam de consilio ac scientia, & auctoritate praefatis transferimus per praesentes.

§. 4. Statuentes, quod de cetero qui dicta praesententur Ecclesiae Leopoliensis, in perpetuum Archiepiscopi Leopoliensis nuncupari debeant, & censeant, ac Archiepiscopalia, & Metropolitana insignia gerere, jura, Jurisdictiones, & caetera exercere, administrare, ac exequi valeant, quae Metropolitanani in eorum Civitatibus Diocesibus, atque Provinciis de jure possint.

§. 5. Ac etiam scientia, & auctoritate praefatis de eorumdem fratrum nostrorum consilio nostras filias praedictas, Premisliensem. Chelmensem, Camenecensem, woldimuriensem. Cereten., Kyovien. Ecclesias, & earum quamlibet, ipsarumque Episcopos tam praesentes, quam qui eis pro tempore praesente contigerit, & quascumque alias in partibus illis secundum Ritus Graecorum viventes Ec-

clesias, earumque Episcopos cum earum, & cujuslibet ipsarum Civitatibus, & Diocesibus, juribus, & pertinentiis universis ipsi Leopoliensis. Ecclesiae, tanquam ipsarum Metropoli, & Archiepiscopo Leopoliensi pro tempore existenti pro eorum suffraganeis, atque Provincia harum serie decernimus perpetuo fore, & esse subiectos, atque subiectas, & subiectas per praesentes: ita quod de cetero ad illa omnia & singula teneantur, & ascripti sint eidem Metropoli, & Archiepiscopo Leopoliensi, pro tempore existenti, ad quae suffraganei sui Metropolitanae Ecclesiae, atque Metropolitanam tenentur Archiepiscopo secundum canonicas sanctiones.

§. 6. Necnon quod Archiepiscopus, Ecclesia, & Capitulum Leopoliense, hujusmodi, qui sunt pro tempore, de cetero omnibus Privilegiis, exemptionibus, gratiis, ac Indultis Apostolicis, & aliis quibuscumque potantur, & gaudeant, quibus de Jure Metropolitanae Ecclesiae, & Archiepiscopi, & eorum Capitula possunt, & quae poterant etiam ante erectionem, & translationem hujusmodi Archiepiscopi, Ecclesiae, & Capitulum Kalitien hujusmodi, necnon praefata Parochialis Ecclesia B. Mariae Leopoliensis, ac Rector, qui ei pro tempore praerat.

§. 7. Quodque cuncti Suffraganei, Clerici, & Laici Leopoliensis, prius Kalitien. Provinciae Archiepiscopi Leopoliensis, qui erunt pro tempore, tanquam Metropolitanis eorum, debitos obedientiam, reverentiam, & honores exhibeant, sicut Archiepiscopi Kalitien., qui fuerunt pro tempore, exhibere, haecenus consueverunt, ac etiam debeverunt.

§. 8. Et quod nullus ipsius prius Kalitien. Ecclesiae seu Metropoli possessiones auferre, aut ablatas retinere seu minuere, aut ipsos Archiepiscopum, Ecclesiam, & Capitulum Leopoliensem, aliquibus molestiis fatigare seu perturbare praesumat: sed omnia eis integra, & illibata serventur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis perpetuis temporibus profutura Sedis Apostolicae licentia, semper salva.

§. 9. Hujusmodi, & aliis Privilegiis Indultis, & concessionibus eidem Kalitien. Leopoliensis. Premisliensem. Chelmen. Camenecensem woldimuriensem. Cereten., & Kyovien., & aliis Ecclesiis supradictis concessis, quae possent praesentibus obviare, non obstantibus quibuscumque.

§. 10. Volumus autem statuentes, quod si qua ex Premisliensem, Chelmen., Camenecensem. woldimuriensem, Cereten., & Kyovien., seu aliis secundum Ritus Graecorum viventibus Ecclesiis supradictis alicui Metropoli Christianorum subiecta existeret, quae ad subiectam unam seu plures Ecclesias praesens concessio pro suffraganeis, caeteris tamen in suo robore duraturus nullius existat efficaciae vel valoris.

§. 11. Decernentes ex nunc irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 12. Nul-

Antiqua nova Metropoli confirmat privilegia.

De obedientia eius Archiepiscopo exhibenda.

Leopoliensis Ecclesiae consulti indemnitati.

Obstantibus derogat.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum erectionis decorationis translationis statuti constitutionis subjectionis, & voluntatis infringere &c. Datum Romae apud Sanctum Petrum, quinto Kalendas Septembris, Pontificatus nostri Anno Tertio.

III.

Damnatio Librorum seu Tractatum Joannis Vviclef Dialogi, & Trialogi nuncupatorum, cum prohibitione eos legendi, seu exponendi in quibuscumque Universitatibus seu Studiis.

Joannes Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

IN Generali Concilio inter omnes Apostolicae Sedis instantias, quas ad regimen christiani populi jugiter impendit, illa videtur esse praecipua, ut cum aliquam doctrinam suboriri senserit, qua oculos divinae Majestatis offendere, & grave in se periculum animarum continere possit, eam, ne propagetur ulterius, & per eam mentes fidelium damnabiliter capiantur mox studeat extirpare.

§. 1. Cum ergo in nonnullis mundi partibus quidam curiosi ea discere atque docere, non quae ad animarum salutem & augmentum fidei, sed ad suum factum ampliandum, & Catholicam Fidei subversionem cedunt, quosdam Libellos, seu volumina vel tractatus, & opuscula, quae dicuntur Joannis Vviclef, videlicet Dialogum, Trialogum, & alios plures libros, quos praesentibus haberi volumus pro expressis, nomine dicti Joannis wiclef inscriptos, & intitulos non solum in scholis frequentare, sed etiam ad populum in sermonibus exponere nitantur in quibus Libellis, Voluminibus, seu tractatibus multa haeretica Dogmata, multique continentur errores, & in fide minus recte sonantes, & per quos simplices, & indocti a veritatis tramite deviari, experti vero atque docti nimium scandalizari perhibentur; quae ad nostram & hujus Sacri Concilii deducta sunt publicam notionem.

§. 2. Nos, ut ex injuncti nobis Pastoralis officii debito tenemur, volumus in his, quantum cum Deo possumus, occurrere animarum periculis, ne, quod ait Apostolus, variis & peregrinis Doctrinis Christi fideles in devium abducantur, quos etiam summa cura salvator ammonuit, ut caverent a fermento Phariseorum, cujus rei perniciosissimam pestiferamque malitiam optime frequenti manifestat exemplo: nam veluti fermentum testimonio Apostolico tam massam corrumpit, sic haereticorum falsa doctrina omnem Catholicam eruditionem, cui admiscetur veluti rabidum venenum, nisi occurreretur, inficeret. Quam etiam doctrinam abominationem desolationis idem Salvator appellavit: dicens cum audieritis abominationem desolationis, quem locum Doctor sa-

cer Hieronymus exponens abominationem dicit posse intelligi omne dogma perversum: volentes autem in praemissis, licet notoria sint, mature procedere, & omne scrupulositatis dubium amputare, certis ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, atque nonnullis Episcopis Sacrae Theologiae utriusque Juris Professoribus, & aliis commissimus de praemissis inquirere, & negotium hujusmodi diligenti examinatione discutere.

§. 3. Ex quorum Processu, & relatione nobis, & eidem Sacro Concilio constitit atque constat praemissa tam per facti evidentiam, quam per plures definitivas sententias tam auctoritate apostolica, quam nonnullorum Archiepiscoporum in suis Conciliis, & locis insignibus, & diversis fuisse, & esse notoria, atque vera.

§. 4. Nos igitur eodem approbante Concilio declaramus, & decernimus illa esse notoria, quae nulla possint defensione tueri, & super illis fore tanquam super notoriis procedendum, & exurgentes in Dei virtute contra hanc falsam, perverfam, pestiferamque doctrinam eodem sacro approbante Concilio dictos Libellos, tractatus, & opuscula videlicet Dialogum, Trialogum et omnes alios hujusmodi Libellos, & alia, quae ejusdem Joannis Vviclef nomine inscribuntur, & intitulantur, cujuscumque Artis, & facultatis existant, attento maxime, quod in eis licet aliqua vera scripta sint, falsa tamen illis veluti Lepra in humano Corpore permixta sunt, & in eorum Lectione periculose, tanquam inter scorpiones, & colubres Christiani fideles verarentur, damnamus, & reprobamus atque Salvatoris sententiam exequentes dicentis, si quis in me non manserit mittetur foras, & sicut palmas arefiet, & in ignem mittetur, & ardet igne, jubemus publice concremari.

§. 5. Eiusdem etiam auctoritate Concilii districtius inhibentes, ne quis Christi nomine insignitus, audeat aliquem vel aliquos seu aliqua ex dictis Libellis, tractatibus, & opusculis dicti Joannis wiclef nomine inscriptos aut in titulos legere & exponere, docere vel tenere, aut illis ac nomine & auctore illo wiclef uti, vel illum ut auctorem, nisi forte in illorum reprobationem allegare publice vel occulte.

§. 6. Et ut de medio Ecclesiae illa periculosa, spurcissimaque Doctrina eliminetur omnino, jubemus, per locorum ordinarios libros tractatus, & opuscula hujusmodi etiam auctoritate apostolica per Censuram Ecclesiasticam etiam si sit opus cum adiectione, quod contra non parentes procedatur, tanquam contra fautores haereseis, diligenter inquiri, & repertos ignibus publice concremari.

§. 7. Si quis autem hujusmodi sententiae, inhibitionis, decreti, atque jussionis violator, aut attemptator extiterit, statuimus eodem approbante Concilio, contra ipsum veluti suspectum de fide procedere.

§. 8. Monemus insuper auctoritate praemissa omnes, & singulos, qui voluerint tueri

Igni tradi jubet.

A quoquam teneri, vel doceri vetat.

Episcopis imperare, ut perquisitos publice cremari faciant.

Contra inobedientes tanquam de fide suspectos procedendum.

Ex Regest. eodem.

Cura Sedis Apost. succedentes hereses extirpare.

Libros Jo. Vviclef erroribus scarentes.

A Sapienibus examinatos vici.

memoriam dicti Joannis wicklef, ut infra novem menses proxime futuros, quos primo secundo, & tertio, atque peremptorio termino assignamus compareant apud Sedem Apostolicam coram Nobis, vel nostro successore canonice intrante, vel in hoc sacro Concilio, vel alibi, ubi contigerit nos, vel successorem praedictum residere, dicturi, allegaturi, quidquid voluerint, ne idem Joannes licet ab humanis creptus de haeresi condemnatur.

Viclef de senforibus in dicta dies.

Clausula.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum declarationis, Decreti, damnationis, reprobationis, jussionis inhibitionis, statuti, monitionis, & assignationis infringere &c.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, Quarto Nonas Februarii, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Dat. die 2. Februarii 1413. An. III.

IV.

Indictio Generalis Concilii Constantiensis pro die 1. mensis Novembris anni 1414.

Joannes Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Preambulum.

AD pacem & exaltationem Ecclesiae, & tranquillitatem christiani populi, prompto corde, & efficaci desiderio intendentes, ea libenter ordinamus, & quaerimus, per quae hujusmodi pax, & exaltatio tranquillitatis merito valeant provenire.

§. 1. Dudum siquidem fel. record. Alexander PP. V. antecessor noster, in sacro generali Romano Concilio tunc praesidens, ex quibusdam magnis & arduis causis eundem moventibus, ipso approbante Concilio inter cetera decrevit, iterum generale Concilium ex tunc ad triennium per se, vel successorem suum, in loco, de quo sibi, vel eidem successori videretur, fore solemniter convocandum. Idemque praedecessor ea, quae circa reformationem Ecclesiae expedienda restabant, pro tunc suspendit, ipsumque Concilium usque ad tempus triennii praefatum continuandum statuit, & prorogavit.

§. 2. Postmodum vero ipso Alexandro praedecessore nostro, sicut Deo placuit, vita functo, nobisque divina favente clementia ad apicem summi Apostolatus assumptis, dum tempus ejusdem triennii jam advenerat, & nos per vestigia ejusdem praedecessoris incedere, & ordinationem praefatam ab eo in Concilio, ut praesertur, factam puro corde, & recta voluntate adimplere properaremus, quibusdam rationibus tunc expressis, animum nostrum moventibus Concilium hujusmodi in Romana Urbe (quae paulo ante de manibus hostium recuperata, praesentiam nostram pro ipsius conservatione plurimum flagitabat) debito tempore convocavimus.

§. 3. Verum quia veniente postea tempore constituto Praelati, & ceteri qui hujus Bull. Rom. Tom. III. Pars II.

modi Concilio interesse debebant, nequam in tanto numero convenerunt, quantum rerum agendarum pondus & magnitudo requirere videbatur, nos post alias prorogationes per nos factas, tandem Concilium ipsum ad mensem Novembris nunc praesentem solemniter prorogavimus, ac celebrandum statuimus. Locum autem reliquimus infra certum tempus declarandum, ut interim super eo maturius consuleremus.

§. 4. Post haec vero, infradictum tempus nondum elapsum, per literas carissimi in Christo filii nostri Sigismundi electi in Regem Romanorum, & Hungariae Regis Illustri, instantissime requisiti, ut non properaremus in declaratione hujusmodi loci pro Concilio faciendo, sed tam in declaratione loci praedicti, quam etiam in tempore dicti Concilii celebrandi superfedere vellemus, donec ipsi Nuncios suos super hoc instructos ad nostram praesentiam destinarent;

§. 5. Nos votis ejusdem Regis, quae ex zelo devotionis, & puritate fidei emanare conspiciamus, annuentes, adventum praefatorum Nunciorum de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & Praelatorum, qui Romae in generali Concilio ad hoc vocati fuerunt, voluntate, consilio, & assensu dudum expectavimus. Deinde cum post Romanae Urbis miserabilem casum ad nos tunc apud Florentiam existentes ejusdem Regis Nuncii accessissent, & ex parte ejusdem Regis multa nobis circa materiam suggestissent, eorum auditis relatis, pro pleniori expeditione dilectos filios nostros Antonium tit. S. Caeciliae Presbyterum, & Franciscum tit. SS. Cosmae & Damiani Diaconum, S. R. E. Cardinales, cum plena potestate super hujusmodi electione loci, & deputatione temporis, ac simul cum eis dilectum filium nostrum nobilem virum Manuelem Christolorum Militem Constantinopolitanum, ad praesentiam ejusdem Regis transmisisimus; qui ad eum venientes, tandem de ipsius Regis consilio, & assensu Civitatem Constantiam, Provinciae Moguntinens. pro loco hujusmodi Concilii celebrandi concorditer elegerunt, ac tempus ad initiandum hujusmodi Concilium statuerunt diem primum mensis Novembris proxime venturi.

§. 6. Deinde vero Nos, qui pro quibusdam arduis, & magnis negotiis cum eodem Rege juxta nostrum, & ipsius desiderium personaliter convenientes, certificati ab eo de habilitate, capacitate, & securitate Civitatis Constantiae antedictae, quam securitatem ipse Rex praestitutum, & in ipso Concilio personaliter assecuratum pollicetur, volentes, & ab intimis cupientes, ut praefata celebratio Concilii salubriter impleatur, & optatum consequatur effectum, hujusmodi electionem loci, & temporis, ut praesertur, factam, auctoritate apostolica tenore praesentium de eorundem Fratrum nostrorum consilio, & assensu ratificamus, approbamus, & confirmamus, ac ei Apostolici roboris adjicimus firmitatem, praefatumque Concilium in Civitate Constantiensi celebrandum, & in ipso Concilio celebrandum, & in ipso Concilio celebrandum, & in ipso Concilio celebrandum, & in ipso Concilio celebrandum.

Vocatis non venientibus alio indictum.

Instante vero Sigismundo Augusto tempus convocationis prorogatum.

Ab ejusdem Regis O aoribus, & Joannis delegatis selectis ad hoc Constantiae Urbis, & die prima Novembris futuri.

Hac ab eodem firmata Joanne.

Ecclesiarum
Prelatos, Reges,
aliosque
ut Concilio
interfuit, hor-
tatur.

vitae praedicta Constantiensi die 1. mensis
Novembris proxime venturi, initiandum, &
auctore Domino exinde celebrandum, eadem
auctoritate, & consensu harum serie statui-
mus, pronunciamus, & decernimus.

§. 7. Venerabiles Fratres nostros Patriar-
chas, Archiepiscopos, Episcopos, & dilectos
filios electos Abbates, & ceteros Ecclesia-
rum, & Monasteriorum Praelatos requiren-
tes, hortantes, & monentes, ac in virtute
praestiti juramenti, & sanctae obedientiae eif-
dem mandantes, quatenus personaliter, nec-
non carissimos in Christo Filios Reges, & no-
biles viros Duces, Principes, Marchiones, &
alios, qui hujusmodi Concilio interesse de-
bent, vel qui prodesse possunt quoquomo-
do, per viscera caritatis D. N. JESU CHRIS-
TI invitantes, & exhortantes, quatenus
pro pace Ecclesiae, & omnium Christiano-
rum, etiam personaliter, vel si personaliter
non possint, per solemnes Oratores congruo
tempore, Concilio dicto debeant interesse;
ut sic congregata fidelium multitudine co-
piosa, ea, quae in eodem Concilio agenda in-
cumbunt, Deo auctore & adiutore salubriter
ordinentur. Nulli ergo &c.

Datum Laudae, quinto Idus Decembris,
Pontificatus nostri Anno Quarto.

MARTINUS QUINTUS.

P A P A C C V I I I .

ANNO DOM. MCCCXVII.



Anno 1417. die 11. Novem-
bris Cardinales, aliique
a Concilio Constantiensi nomi-

nati Electores Nationum uni-
versali Ecclesiae praefecere Odo-
nem Columna S. Georgii ad
Velum aureum Diaconum Car-
dinalem, qui Martinus V. vo-
luit appellari & die 21. mensis
ejusdem consecratione suscepta
solemniter coronatus est. Hic
annis XIII. mensibus III. die-
bus X. quibus summo praefuit
Sacerdotio, regnante in Occi-
dente Sigismundo, in Oriente
vero Emmanuele II. mox Jo-
anne VII. Palaeologo, tribus
habitibus promotionibus decem
& octo Cardinales creavit pre-
ter Balthasarem Cossam, quem
Sacri Cardinalium Collegii
Decanum, & Portuensem Epi-
scopum esse permisit, & qua-
tuor Pseudo-Cardinales Petri
de Luna, quos vera Cardina-
litas dignitate decoravit. Obiit
vero Romae die 20. Februarii
1413. & sepultus est in Eccle-
sia Lateranensi. Vacavit Se-
des dies XI.

Mortuo Petro de Luna anno
1424., tres ii, quos Pseudo-Car-
dinales ante obitum dixerat,
ejus loco non absque enormi Si-
monia mense Junio sequentis
anni Papam dixerit Augustinum
Sancii Munionis Canonicum
Barcinonensem, qui Clemens
VIII. appellatus est. Hic quin-
tum post annum papalia depo-
nens insignia ac Martinum V.
pro legitimo Pontifice agno-
scens exemplum suis dedit pa-
cem Ecclesiae hac quoque ex par-
te reddendi, quod praestiterunt.

I.

Damnatio errorum Joannis Vvicleff, Jo-
annis Hufi, Hieronymi de Praga, & alio-
rum, de Sacramentis Ecclesiae male sen-
tientibus, eorumque complicitum & fauto-
rum. Ac forma haereticos, suspectosque de
haeresi examinandi.

Damnatum alias a Joanne XXIII. Vicleffum
vidimus superius in Const. Joannis III. pag. 416.
Mar-

Martinus Episcopus, Servus Servorum Dei.
Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis,
Episcopis, ac Inquisitoribus haereticae pra-
vitatibus ubilibet constitutis, ad quos literae
praesentes pervenerint, Salutem, & Apo-
stolicam Benedictionem.

Proemium.

I nter cunctas pastoralis curae solici-
tudines, quibus premimur incessan-
ter, illa potissime fortius nos angit, ut ha-
reticis de finibus Christianorum expulsi,
suisque falsis doctrinis & erroribus perverfis
penitus, quantum nobis ex alto conceditur,
extirpatis, orthodoxa & catholica fides in-
tegra & illibata permaneat, ac populus
Christianus in ejusdem fidei sinceritate, quo-
libet obscuritatis semoto velamine, immo-
bilis & inviolatus persistat.

Episcoporum
negligentia
novas haereses
a Vicleffo,
Hufi, & Hiero-
nymo de
Praga disse-
minat. de-
plorat.

§. 1. Sane dudum plusquam omnibus
retroactis temporibus in nonnullis regionibus
& dominis, praesertim in Regno Bohemiae
& Marchionatu Moraviae, ac locis &
districtibus illis vicinis, adversus fidei ca-
tholicae dogmata insurrexerunt quondam
haeresiarchae, circuncelliones, schismatici &
seditionis luciferina superbia & rabie lupina
evecti, demoniorum fraudibus illasi, de-
vanitate in idipsum (licet forent de diver-
sis mundi partibus oriundi) convenientes,
& caudas colligatas habentes, dannatae vi-
delicet mem. Joannes Vvicleff, de Anglia,
Joannes Huf de Bohemia, & Hieronymus
de Praga, qui utinam alios secum ad infi-
delitatis interitum non traxissent. Nam ubi
hujusmodi pestilentes personae perversa dog-
mata pertinaciter seminabant, in sua do-
ctrina pestifera primordio praelati, & alii
judicialia potestatis regimina exercentes,
tamquam canes muti non valentes latrare,
nec ulciscerentur cum Apostolo in promptu
omnem inobedientem, haeresiarchas ipsos
pestiferos & dolosos, eorum lupinam ra-
biem truculentam statim, ut adstricti fuerant
canonice coercere, eosque de domo Domini
corporaliter eicere non curarunt, sed
facilem, falsam, & perniciosam ipso-
rum doctrinam, per longas moras negligenter
convalescere permisissent: populorum mul-
titudine illorum opinionibus falsis decepta pro-
veris accepit, quae diu mendaciter & per-
niciose, ac damnabiliter seminaverant, eif-
que credendo a recta fide cecidit turba mul-
ta, & errore devio involvitur, proh dolor,
paganorum, adeo quod per diversa illarum,
eisdemque convicinarum partium climata,
oves Christi catholicae haeresiarchae ipsi
successive infecerunt, & in stercore men-
daciorem fecerunt putrefcere.

Eos itaque
Concilium
Constantien-
se a fidelium
citu segre-
gavit.

§. 2. Quapropter generalis Constantien-
sis Synodus tantam fidelium, & fidei ortho-
doxae plagam, & ruinam videns, exclama-
re compulsa est cum Augustino. Quid faciet
Ecclesiae medicina, salutem omnium,
materna caritate conquirens, tamquam in-
ter phreneticos, & lethargicos aeternus?
Numquid contemnere, numquid desilire,
vel debet, vel potest? Certe non, secun-
dum eundem, imo utriusque sit necesse est
molesta, quae neutris est inimica. Nam &
Bull. Rom. Tom. III. Pars II.

molestus est medicus furenti phrenetico, &
pater indisciplinato filio, ille ligando, iste
caedendo, sed ambo diligendo: Si autem
negligant, & eos perire permittant, inquit
Augustinus, ista mansuetudo potius falsa
crudelitas est. Proinde Synodus praefata
ad omnipotentis Dei gloriam, ipsiusque ca-
tholicae fidei, ac Christianae Religionis con-
servationem, augmentum, & animarum
salutem, & praeservationem, eosdem Jo-
annem Vvicleff, & Joannem Huf, & Hiero-
nymum, qui inter cetera de sacro Eu-
charistiae sacramento, & aliis sacramentis
Ecclesiae, & articulis fidei, aliter quam
sancta Romana Ecclesia credit, & tenet, &
praedicat, & docet, quamplurima temere,
& damnabiliter credere, ac tenere, praedi-
care, atque docere pertinaciter attempta-
bant, velut haereticos & pertinaces ac ob-
stinatos jam a communione fidelium sepa-
ratos, de domo Dei corporaliter ejecit, &
spiritualiter ejectos declaravit, & alia non-
nulla circa praemissa utilia, & salubria sta-
tuit, & decrevit, per quae alii, qui cau-
santibus haeresiarchis, eorumque falsis doctri-
nis hujusmodi spiritualiter de domo Dei exie-
rant, per vias canonicas reducerentur ad se-
mitas veritatis.

Sed nonnullis
eorum Sacra-
toribus illo-
rum legenti-
bus libros,
haeresisque
utentibus.

§. 3. Et quia sicut dolenter accepimus,
non solum in regno Bohemiae, & Marchio-
natus dominis, & locis supra dictis, verum
etiam in quibusdam partibus, & provinciis
contiguis, seu vicinis eisdem, etiam non-
nulli ex sectatoribus & sequacibus haere-
sum, ac errorum haeresiarcharum praedictio-
rum, timore divino, & pudore humano
prorsus abiectis, nec de ipsorum, & praesertim
Joannis Huf, & Hieronymi interitu
miserabili fumentes conversionis, & poen-
itentiae fructum, sed tamquam in profun-
dum pressi peccatorum, dominum Deum
blasphemare non cessant, ducentes in irri-
tum nomen ejus, quorum mentes pater
mendacii sic damnabiliter excacavit, ut
praedictos libros, codices, & opuscula, ha-
ereses, & errores continentes seu continen-
tia, dudum etiam per Synodum praefatam
damnatos, & damnata, ac ignibus concre-
manda deputata, & concremata, legunt,
studet, ac ex eis in sui & multorum sim-
plicium periculum, nedum contra statuta,
decreta, & ordinata in Synodo supra dicta,
sed etiam contra canonicas sanctiones do-
gmatare praesumunt in animarum pericu-
lum, ac puritatis fidei denigrationem, &
scandalum plurimorum.

Martinus PP.
Ecclesiarum
mandat Prae-
latis, ut eos-
dem tamquam
haereticos ju-
diciali facu-
lari tradant
Curiae pa-
niendos.

§. 4. Nos igitur attendentes, quod error,
cui non resistitur, approbari videtur, ac ma-
lis, & perniciosis erroribus hujusmodi resi-
stere, ac eos de medio Christi fidelium, &
praesertim de supra dictis Bohemiae, & Mora-
viae dominis, & districtibus ac confinibus,
& vicinis eorum, ne amplius, & latius se-
extendant, funditus evellere cupientes, di-
cretionem vestrae, sacro approbante Concilio
Constantiensi, per Apostolica scripta com-
mittimus, & mandamus, quatenus vos Ar-
chiepiscopi, & Episcopi, ac electi, & quilibet
vestrum, per se, seu alium, vel alios,
Ggg 2 quos